



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Deiparam cœli fenestram, Scalam, atque Portam, nec non radicem
sanctam esse, numero 9

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

ad nos derivatur: & melius quam per collum quod vim trahendi minimè hebet, sed solum est via eorum, quæ per ipsum mittuntur, cum tamen Deipara suis meritis, & precibus Dei misericordiam nobis impetret, & ad nos attrahat. Et quemadmodum si quid à membris ad caput transmittitur, id per collum transmitti debet, ita & nos per Virg. manus mundis, nos ipsos Christo offeramus dicentes illi cum Bernardo: per te accessum habeamus ad filium & benedicta in ventris gratia genitrix vita, Mater salutaris, ut per te suscipiat nos, qui per te datus est nobis: imò collum est via respirationis, qua animalis vita conseruatur, est via, qua cibus nutritioni, & augmentationi animalis necessarius transmittitur: in collo est guttur ex præcipuis ad loquendum instrumentis: de collo monilia, & pretiosa quæque suspenduntur: matris collum filii ob timorem, siue ob beneuolentiam apprehendunt, quæ omnia mysticè Virgini optimè congruere facile cuius considerati perspicuum erit: quæ autem ratione Virgo dicitur esse collum Cant. 4. & esse sicut turris Dauid, quæ adificata est cum propugnaculis, mille clipei pendet ex ea dis armatura fortium dic. c. 22.

Rectè igitur S. Bernardinus Senensis tomo 1. conc. 61. art. 2. cap. 10. Plenitudo, inquit, gratia sui in Christo sicut in capite influens, in Maria uero sicut in collo transfundens. & German. in ser. de Zona B. Virg. Si tu, inquit, nos deservis quidnam de nobis fies, O sanctissima Deipara spiritus, & uita Christianorum? quomodo enim corpus nostrum uitalis signum operationis habet respirationem; ita etiam sanctissimum tuum nomen, Virgo beatissima, quod in ore seruatorum tuorum uersatur assidè, in omni tempore, loco, & modo uita lætitiæ, & auxilii non solum est signum, sed ea etiam procurat, & conciliat, ita German. Sanè Bernardus in serm. de B. Virg. ubi agit de Aquæductu, Virginem dicit esse Aquæductum, qui plenitudinem fontis ipsius de corde Patris excipiens nobis edidit illum; sed si non pro ui est, pro ui capere poteramus. & infra ita fluëta gratiarum resuena gratia desuerunt, quod necdum intercederet is, de quo loquimur, ita desiderabilis aquæductus. & infra: Maria plena, inquit, gratia, & peius ipsa superfluëta ad salutem ueritatatis. & hoc supermissi. est: Inuenisti, inquit, gratiam apud Deum, quam nemo ante te potuit inuenire. Quam gratiam? Dei, & hominum, pacè, mortis destructionem, uisitationem, & Petrus

Bernard.
serm. 8. de
Aduentu
Domini.

Cant. 4.
Cap. 22.
S. Bernar-
dinus.

German.

Bernard.
Antequam
Virgo ue-
nires qua
est aqua-
ductus, nõ
ita fluëta
gratiarum
in mundo
sunt. 1.

Chrylogus serm. 142. Inuenisti, inquit, gratiam, quoniam? Quoniam superius dixerat, Plenam; & uerè plenam, quæ largo imbore totam funderet, & infunderet creaturam. ita Chrylog. Bernardus ser. de Assumpt. loquens de B. Virgine: Adueniente, inquit, spiritu plena sui, eodem superueniente, nobis quoque super plena, & superfluens fiat. uinam fluans in nos aromata illa, charismata scilicet gratiarum, ut de plenitudine tanta accipiamus. Sed mouetur, inquit Bonauentura in speculo B. Virg. c. 7. uobis effundat de sua plenitudine; & citat Bernardum de Virgine dicentem: Vas liquore plenum si moueatur, de facili subuertitur. & effundit liquorem: sic B. Virgo Maria si moueatur precibus, effundit liquorem. ita Bonauentura.

Damasceus uerò oratione prima de Natiuitate egregie idem docet his uerbis, Nam quia uniuersa terra in foedissimam se se prouoluerat libidinem, ac Domini populus à Domino Deo suo aberrauerat, factusque fuerat populus Domini, non populus ipsius, & qui misericordiam consecutus, non misericordiam consecutus, & qui dilectus, non dilectus, ob eam causam nunc uirgo profeca fornicationis aduersaria paritur (ita nascitur) ac Deo despondetur. Deiq; misericordiam parit, atque populus Dei efficitur, qui prius populus non erat, & qui prius misericordiam minimè consecutus fuerat, misericordiam nanciscitur; & qui prius non dilectus erat, diligitur. Ex ipsa enim nascitur dilectus ille Dei filius, in quo Pater bene sibi complacuit, hæc Damascenus.

DEIPARAM COELI FENESTRAM,
Scalam, atque Portam, nec non radicem sanctam esse.

QUONIAM uerò per Deiparam nos Deus prospexit, & descendit ad nos, idè dicitur fenestra, scala, & porta coeli, radix sancta; & nos uicissim per illam ad Christum accedere debemus. De fenestra quidem, quia per illam nos Deus aspicit, & lumen suum in nos effundit. Augustinus sermone 11. de Natiuitate, qui etiam tribuitur Fulgentio sermone de laud. Virg. facta est, inquit, Maria Fenestra Cæli, quia per ipsam Deus uerum fudit seculi lumen, & per ipsam Deus descendit ad terras, ut per ipsam homines ascendere mereantur ad Cæli. S. Bonauentura in Litanijs Virginis, eam dicit: Fenestram Cæli crystallinam. Quare Ecclesia in hymno, O gloriosa Domina.

Intra

Intrant ut astra stabiles
Cæli Fenestra facta es.

August. De Scala Cæli Augustinus sermone 11. de
Natiuitate Domini: Facta est Maria Scala cæ-
lestis, quia per ipsam Deus descendit ad terras, ut
per ipsam homines ascenderent mererentur ad cœ-
lum, vocatur etiam Scala Jacob à terris ad Cœ-
lum porrecta, cuius summitati Dominus inni-
xus videbatur, per quam Angeli descendebant,
& ascendebant, id quod Angelorum ad Virgi-
nem in terris degentem frequentiam indica-
bat, ut cap. 26. dicemus: sic autem eam vocat
Andreas Cretensis orat. 2. de dorm. agens de
Virgine: Ecce scalam, inquit, quam vidit Iacob,
qui in diuinis erat imitatus, in qua vidit Angelos
Dei ascendentes, & descendentes, quicumque is
esset ascensus, & descensus sic ille. & Damascenus
orat. 1. de Natiuitate, & orat. 1. de dorm.
Scalam illam Jacob Virginem præsignasse, ac
figuratè dicit: Eodem, inquit, modo in quoque
mediatrix rictis munere perfuncta, descensusque Dei
Scala effecta, per quam ipse infirmam nostram
massam assumpsit, hinc Angeli quidem ad eum
descenderunt, ut videlicet Domino, ac Deo in ser-
uarent: homines autem angelica vita ratione usi
in Cœlum sublimis rapiuntur. Dicitur etiam
Scala Jacob terram, Cœlumque attingens, quia
ut dixit Damascenus, mediatrix est inter Chri-
stum, & Ecclesiam, per quam veluti per sca-
lam preces nostras, & vota ad Christum trans-
mittimus, & per eam ad nos Dei dona descen-
dunt, ut propterea etiam collum, quod inter
caput, & membra est situm, ut diximus, appel-
letur. Bernardus term. de Aquæductu, & Epist.
174. Scala peccatorum eam vocat, & B. Lau-
rentius Justinianus sermone de Annunciatione:
Paradisi Scalam. Bonauentura verò in
hymno, Te matrem Dei laudamus: Tu, inquit,
Scala Regni cælestis, & gloria. Huc referri potest
nomen Pontis, quod Deiparæ tribuit Proclus
Episcopus Constantinopolitanus, qui de ea
agens. Hec sola, inquit, Pons est, per quem Deus
ad hominem descendit.

10 De Porta Cæli idem S. Bonauentura in
Litanij. Virg. nis, eam Paradisi portam per uiam
dicit. S. Bernardinus Senensistom. 2. conc. 51.
artic. 3. cap. 1. Portam Cæli vocat. Ephram
orat. de Deipara. Aue, inquit, Porta Cælorum,
& Scala, ascensusque omnium, Aue referamen-
tum portarum Cælestis paradisi. sic ille. An-
dreas Cretensis orat. 2. Portam sublatam supra
Cælos cælorum, & infra, Portam Cælorum eam

vocat, de qua ille dixit, Quam terribilis est lo-
cus iste, non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta
Cæli. Methodius oratione in hypapante, Tu
Porta, per quam Deus in carne exortus est. Ru-
pertus lib. 3. de diuinis officijs, ubi de vigilia
Natiuitatis Domini agit, Maxima, inquit, Por-
tarum Cæli, quas Dominus, ut nobis hoc manna
plueret, nobis aperuit, Maria existit, per quam
ad nos Verbum Dei caro factum de Cælo descen-
dit, siquidem alta porta, id est, omnes Sanctorum
anima, que ab initio Verbum illud in gremio fidei
meruerunt suscipere, ora suo uerbum salutis pep-
rerunt. Hac autem uerbum illud ita plena gratia
concepit, ut uisibilem hominem factum paret in
ueritate carnis, eodem Spiritu sancto conceptio-
nem eius in utero Virginis operante quod signifi-
catur in eo, quod scribitur ibi, cum descenderet
mane Ros super castra descendebat pariter, &
manna. Ros Spiritum sanctum, manna uerbum
Dei significabat, quod per operationem Spiritus
sancti humana natura unitum est. ita Rupertus.

Ildesonus ser. 4. de Assumpt. Ianuam Cæli
eam appellat. S. Antoninus 4. part. titu. 15
cap. 20. §. 12. id affirmat, & probat ex hymno
Ecclesiæ, Aue maris stella, ubi dicitur ad Virgi-
nem, Felix cæli Porta. & in alio hymno, o
gloriosa Domina.

In Regis alii Ianua,
Et Porta lucis fulgida,
Vitam datam per Virginem,
Gentes redempta plaudite.

Et citat Augustinum in sermone dicentem
in persona Virginis: Porta facta sum Cæli, Ianua
facta sum filio Dei: illa facta sum porta, quam vi-
dit Ezechiel Propheta in Domo Domini clausam,
quia Maria Virgo semper intacta. addit S. Antoninus
merito Virgine dici Portam Cæli: Quoniam, in-
quit, per eam exiit de Cælis ad nos quicquid un-
quam gratia creatum ueni in mundum, unde di-
citur Mater gratia, & mater misericordie, de
ea potest intelligi illud Sap. 7. Omnium bonorum
mater est, & uenerunt mihi omnia bona pariter
cum illa (scilicet Virgine) potest dicere mundus.
Secundo quicquid boni, id est omnis, qui de terris
intrauit ad Cælum, ut Sancti omnes, per ipsam ut portam
seu medium intrauit, nimirum per benedicti fructum
filii sum Quod si Apostoli Apoc. 21. dicuntur 12.
porta Ierusalem, quoniam præ cæteris, & meritis, &
exemplis nos importauit in Cælum: multo magis
potest dici B. Virgo Porta Cæli propter maius ius,
& perfectius suffragium, & uita exemplum

at. Chy
loquu
Bernard
Luc. 2.
B. Virg
super
uicis m
neur
B. Virg
uicis m
Bernard
Damasc
Offic. v
Maurit
Bernard
B. Laur.
Iust.
Reposu
B. Virg
est fact
stra Cæ
August
Enigm
Bernard
Offic. v

Method.
Rupertus.
Luc. 1.
Num. 12.
Ildesonus
S. Antoni
Offic. Ecc.
Aug. ser.
14 de Na-
tuitate.
Ezech. 44.
S. Antoni
Sap. 7.
Apoc. 21.

Et præterea, quia omnes per Christum mediatore natum de Virgine in Cælum introducuntur. hæc ex S. Antonio Ecclesia quoque in Antiphona, Alma redemptoris Mater, sic Deiparam affatur.

Alma redemptoris Mater, qua per uia Cæli Porta manes, Et stella maris succurre cadenti. Et c.

Offic. Ecc. 11 Ad hæc Ecclesia Virginem precatur illis verbis: Eia ergo Aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerse, Et Iesum benedictum fructum uentris tui nobis post hoc exilium ostende: etenim si quis eo in loco sit unde solem videre nequeat, per speculi reflexionem ad radios solis positi, poterit illius fieri particeps: ita & nos in hac lacrymarum valle constituti eramus, ut per limpidissimum speculum oculos, nimirum misericordes Virginis, quos ad nos conuere dignetur, Solis iustitiæ, Dei scilicet, nostri radius per suam misericordiam nos aspiciat.

S. Benedictus. Quod si S. Benedictus, teste Gregorio in 3. Dialog. cap. 31. ad brachia cuiusdam iustici à Galla immanissimo Gorho, loris fortibus alligati oculos deflectens, mira celeritate solo

Suo intuitu vincula dissoluit: quem Virgo sanctissima misericordes oculos conuerterit, & si à demone sæuissimo dracone spiris constrictum, in libertatem vindicabit? Huc spectat illud, quod legimus in reuelationibus S. Gertrudis lib. 4. cap. 53. Cum enim in festo Natiuitatis B. Virginis ad completorium cantaretur: Salue Regina, inter alia, quæ ipsa uidisse se narrat, ubi peruenit ad illos tuos misericordes oculos, Beatissima, inquit, Virgo mentum filij blandè tangens, ipsum versus terram inclinauit ad nos dicens, isti sunt misericordissimi oculi mei, quos ad omnes me inuocantes salubriter possum inclinare, unde & uberrimum fructum consequuntur salutis æternæ hæc ibi. Ex quo factum est, ut S. Gertrud s. diuinitus edocta quotidie Virginem Deiparam precaretur his verbis: Eia ergo Aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos conuerse; Certa quod per hoc in hora mortis sue non mediocrem solatium obtineres, ut ibi dicitur. Et sanè benigna oculorum Christi ad nos conuersio tantæ est efficacitæ, ut statim gelu cordis nostri soluat, quin etiam bonis omnibus repleat. ita Luc. 22. Conuersus Dominus respexit Petrum (qui tertio eum negauerat) Et egressus foras Petrus fleuit amarè. & Eccl. 11. Est homo mareis egens

S. Gertrudis. Quod si S. Benedictus, teste Gregorio in 3. Dialog. cap. 31. ad brachia cuiusdam iustici à Galla immanissimo Gorho, loris fortibus alligati oculos deflectens, mira celeritate solo

Suo intuitu vincula dissoluit: quem Virgo sanctissima misericordes oculos conuerterit, & si à demone sæuissimo dracone spiris constrictum, in libertatem vindicabit? Huc spectat illud, quod legimus in reuelationibus S. Gertrudis lib. 4. cap. 53. Cum enim in festo Natiuitatis B. Virginis ad completorium cantaretur: Salue Regina, inter alia, quæ ipsa uidisse se narrat, ubi peruenit ad illos tuos misericordes oculos, Beatissima, inquit, Virgo mentum filij blandè tangens, ipsum versus terram inclinauit ad nos dicens, isti sunt misericordissimi oculi mei, quos ad omnes me inuocantes salubriter possum inclinare, unde & uberrimum fructum consequuntur salutis æternæ hæc ibi. Ex quo factum est, ut S. Gertrud s. diuinitus edocta quotidie Virginem Deiparam precaretur his verbis: Eia ergo Aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos conuerse; Certa quod per hoc in hora mortis sue non mediocrem solatium obtineres, ut ibi dicitur. Et sanè benigna oculorum Christi ad nos conuersio tantæ est efficacitæ, ut statim gelu cordis nostri soluat, quin etiam bonis omnibus repleat. ita Luc. 22. Conuersus Dominus respexit Petrum (qui tertio eum negauerat) Et egressus foras Petrus fleuit amarè. & Eccl. 11. Est homo mareis egens

Luc. 22. Conuersus Dominus respexit Petrum (qui tertio eum negauerat) Et egressus foras Petrus fleuit amarè. & Eccl. 11. Est homo mareis egens

Eccles. 11. Est homo mareis egens

recuperatione, plus deficiens uirtute, & abundans paupertate, Et oculus Dei respexit illum in bono, Et erexit eum ab humilitate ipsius, Et exaltauit caput eius. & infra: Facit est in oculis Dei subito honestare pauperem. S. Bonauentura in hymno, Te matrem Dei laudamus, eam Arcampietatis, Et grata portum naufragantium, miserorum solatium, pereunium refugium appellat.

12 Vocatur etiam Virgo ab Ecclesia Radix in Antiphona illa, cujus ianitum est Aus Regi- na Cælorum, dicitur enim ei.

Salue Radix, Salue Porta,

Ex qua mundo, Lux est orta.

Chrysippus homilia de Deipara: Aus, inquit, Radix bonorum omnium. & Methodius in hypapante. Tu speciosissimæ floris, id est Christi radix, ad illud Ita. 12. spectans, Egre ditur Virga de radice Iesse, Et flos de radice eius ascendit: Radicem enim hujus floris Virginem sanctissimam fuisse non tantum Methodius significauit, uerum etiam Pereria in cap. 5. Danielis. Quidni ergo per hanc radicem Christi, & nos quoque; nutrimentum attrahamus? quoniam sicut omne nutrimentum ad conseruandam, & augendam arborem, ramosque eius, & ad fructus producendos à radice trahitur, & transfunditur: ita per Virginis intercessionem transfunditur in omnes Dei misericordia. Noster Pereria loco citato: Arborem illam Nabuchodonosor per somnium obiectam per allegoriam significare docet primi homini felicitatem, à qua dejectus est per peccatum seruata tamen radice, unde rursus germinare posset: hanc uero radicem intelligit Deiparam ab originali labe præseruatam, Germen autem radicis uult esse Christum Dominum, qui hanc arborem natura humana in amplio rem dignitatem reparauit. hæc ex Pereria. Hinc est, quod sancti Patres varijs metaphoris ac symbolis tutissimum per fugium, ac solamen, quod per Deiparam à Christo conseruatur explicare solent: & ut in præsentia taceam ea, quæ tum in hoc capite, tum etiam alibi ex iisdem adduxi: unum referre non gravabor S. Ephraem in sermone de laud. Virgi. sic cum eadem loquitur: Spes desperantium, per te reconciliati sumus Christo meo filio tuo: Tu peccatorum, Et auxilio destitutorum unica Aduocata es, atque adiutrix: Tu portus naufragantium tutissimus, solatium mundi, carcere clausorum liberatrix celeberrima: Tu orphanorum suscipiens. Tu captiuorum redemptio:

Offic. Ecc.

Pereria

Pereria

Pereria

Ephoram

Tio

In agrotantium exultatio, & omnium salus: Tu monachorum, & solitariorum stabilimentum, & spes secularium; Tu Virginum gloria, corona, & gaudium: Tu mundi laetitia & iuterum: Tu enim noster es portus, & praesens, pia auxiliatrix, & infans: Aue periculantium auxiliatrix; iucunda libertas; fons gratia, & consolationis; Aue peccatorum refugium, atque diuersorium; Aue laborantium propitiatorum, Aue spes omnium proborum aduersis casibus afflictorum; dulcis conuersorum solamen, atque praesidium; Aue virorum pariter, atque mulierum Regina, & patrona: Aue nostra consolatrix, qua moerore sedasti, & oppressorum molestias lenisti, cunctasq; oppressiones sustulisti: Aue clavis Regni caelestis: Aue portus tutissimus in hac vita nauigantium: Aue firma salus, & uisitorum Christianorum ad te sperare, ac uere recurrentium: Aue nostra omnium protectio insignis, & gloria. haec omnia ex S. Ephraem. Multa alia Deipare elogia, quae ille ibi non minus uere, quam pie ponit, breuitati consulescentes omisimus. Idem in lamentatione Deipare super passione Domini, ubi se inixit eidem commendasse subdit: Tu siquidem unica apud Deum Christianorum spes nostra es securissima, & sanctissima. haec ille.

Virginem factum uideamus, Christus namque post Incarnationem in utero Virginis, in praeseptio positus, seu reclinatus est, & cruce tanquam aratro terram nostrorum cordium arare non est dedignatus, alligatus non funibus, & clauis, haec enim omnia longe facilius rupisset, quam Samson uincta Philistim, loro nostro, hoc est charitate illa, quae supereminet omni scientia: qua in finem nos dilexit & quiprius psal 47. Magnus erat, & laudabilis nimis, in utero Virginis, paruulus natus est nobis Isa. 9. & amabilis nimis, quemadmodum eleganter animaduertit, & pluribus explicat Bernardus sermone 48: in Cantica. Idem alio exemplo explicat S. Antoninus 4. par. tit. 15. cap. 21. Sol enim per Zodiacum discurrens in signo Leonis est ardentissimus, & animalium corpora primo calore languida reddidit, sed ingrediens signum Virginis mitigatur, ita Sol iustitia Deus noster in ueteri testamento erat ut leo rugiens, signo uirginis uoluntatem peccatores terribiliter puniens, ut patet exemplis in sacris literis, sed feruentissimo amoris calore in uerum uirginis intrans factus est totus benignus, suavis & humanus. haec S. Antoninus. Nam psal. 84. ubi de Incarnatione in utero facta agitur, sic habetur. Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob, mitigasti omnem iram tuam, &c.

Psal. 47
Isa. 9.
Ephes. 3.
Ian. 13.
Bernard.
S. Antonin.
Deus per uirginem
Psal. 84.

13 Dei porro misericordiam effundit per uirginem, & per eam placari iram eiusdem, ac mitigari explicare possumus exemplo Rhinocerotis, quae ex Gregorio lib. 1. moral. cap. 10. Tanta, inquit, esse fortitudinis dicitur, ut nulla uenturum uirtute capiatur, sed uirgo, & puella proponitur, qua uenienti sinum aperit, in quo ille omni ferocitate postposita, caput deponit, sicq; ab eis, a quibus capi quaeritur, repente uulnere inermis inuenitur. haec Gregorius. Christus autem Rhinoceroti assimilatur Deut. 33. Cornua, inquit, Rhinocerotis cornua illius, in ipso uentilabit gentes usque ad terminos terra. Et quidem Deus ante Incarnationem terribilis erat, & insuperabilis, sed ad conspectum huius uirginis, immisso in eius sinum capite, mitissimus apparuit, ut ab omnibus capi, uincti, & uinciri possit; quod in eius passione factum est, hoc capiendi Rhinocerotis artificium uirgini accommodat Dionysius Carthusianus lib. 3. de laud. uirg. art. 22. Itaque illud quod tanquam humanis uiribus impossibile de Rhinocerotem proposuit Deus Job. cap. 39. Nonquid uolet Rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad praesepe tuum, nunquid alligabis Rhinocerotem ad arandum loco suo? Iam per

S. Brigitta
Omnes per uirginem
Dni misericordiam
et opera speramus
B. Gertrudis
de
Cap. 201
S. Brigitta

Nec illud reticendum, quod Deus Pater

Deus per uirginem placatur exemplo Rhinocerotis.
Deut. 33.
Dionysius.
Indic.

Virgo
Radic.
offic. Est.
brisy
deuor.
erit.
aria
la
gub
ergu
troi
um
ex
imur.
bram.

S. Catharinæ Senensis dixisse scribitur apud Biofium in monili spirituali, Maria, inquit, uirgeniti filij mei gloriosa genitrici à bonitate mea concessum est propter incarnati uerbi reuerentiã, ut quicumque etiam peccator ad eam cum deuota uenerationis recurrit, nullo modo diripiatur à demone infernali, hæc enim est à me electa, parata, & posita tanquam Escã dulcissima ad capiendos homines, & præcipuè animas peccatorum. hæc ibi.

Isa. 11.

S. Bonauentura in speculo B. Virg. cap. 6. alludens ad illud Isa. 11. Egre diatur Virga de radice Iesse. & flos de radice ejus ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, pulchre loquetur, quo modo per Deiparam ad Christum, & ad sancti Spiritus dona perueniri possit: Quicumque, inquit, septiformem spiritus sancti gratiam adipisci desiderat, ipse florem spiritus sancti in uirga querat: Per uirgam enim ad florem, per florem ad spiritum in ipso requiescentem peruenimus: Per Mariam ad Christum accedimus. & per Christum gratiam spiritus sancti inuenimus. Idem Bonauentura in cap. 10. ejusdem operculi de iisdem uerbis Isaia: agens, ostendens Christum esse florem, & Deiparam uirgã his uerbis: Spiritus sanctus, qui in magna sylua humani generis requiem non inuenerat, tandem super hunc florem requieuit, ita quod absque Christo nec sapiens quis esse potest, nec intelligens, nec consiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec pius, nec plenus timoris Domini. Hic flos quasi tot habet folia, quot sunt ministeria, & exempla: si hunc florem habere desiderat, uirgam fortis præcipue florens, si flos est nimis altus diuinitate, uirga tamen est flexibilis pietate, & si flos est rarissimus, quia in celo, & in terra non inuenitur, nisi unicus, est tamen communissimus tanquam flos non in orto clausus, sed in campo omnibus transentibus expositus. & ideo bene dicitur potest Christus illud: Ego flos campi. hæc tunc Bonauentura.

Deipara est uirga per quam ad Christum flore peruenitur

Cap. 2.

B. Bonauentura. B. Virgo est columna quibus, Exod. 25. Psal. 77. Psal. 10. Exod. 14.

Idem S. Bonauentura in speculo B. Virg. lapide misericordie uirginis hominibus communicata agit: nam cap. 3. dicit uirginem illuminatricem mundi per beneficia lucidissimi & misericordie sue: Per quam, inquit, multi in nocte hujus seculi illuminati sunt spiritualiter, sicut quandoque filij Israel per columnam ignis illuminati sunt corporaliter, iuxta illud psalmi, Deduxit eos in nube, &c. Maria nobis est columna nubis, quia tanquam nubes protegit ab astu diuina indignationis, protegit etiam ab astu diabólica tentationis, sicut iterum dicit in psalmo,

Expandi nubem, &c. Maria quoque columna ignis est illuminans nos, imò illuminans mundum multis misericordie sue beneficijs. Idè cap. 5. Abyssus, inquit, est Maria in bonitate, & misericordia tua, profundissima, unde etiam profundissimam misericordiam filij sui pro nobis interpellat, quasi abyssus abyssum inuocat. & infra B. uirginem accomodat illud Eccl. 26. Gratia mulieris sedula delectabit uirum suum. & ossa illius impinguabit. Mulier, inquit, sedula Maria fuit. Quis huius mulieris uir est, nisi ille, quem ipsa circumdedit in uero de quo Ieremias Creauit Dominus nouum super terram, mulier circumdabit uirum: huius uiri ossa sunt quicumque in corpore eius, id est in Ecclesia, fortes sunt: ista ossa suffragante gratia Maria, impinguantur uncti omnibus gratia. & infra: O quis estimare ualeat quantam in ipsa Maria fuit impinguatio gratiarum cuius gratia impinguita sunt tot millia animarum. Idem Bonauentura c. 7. ait B. uirginem iustis: & impiosem ferre: Ipsa quoque, inquit, non solum in plenitudine sanctorum detinetur, sed etiam in plenitudine sanctorum detinet, ne eorum plenitudo minuat; detinet nimirum uirtutes, ne fugiant, detinet merita, ne pereant, detinet demones, ne nocent, detinet filium, ne peccatores percussat: ante Mariam non fuit qui sic detinere Dominum auderet, teste Isaia qui dixit: Non est qui inuocet nomen tuum, & tenent te. & infra ad hoc idem propositum citat Anselmum: Et ideo, inquit, bene sic ait Anselmus: Tibi solum loquor Domine, beneficijs tuis plenus esse mundum, inferna penetrasti, celos superasti, per plenitudinem enim gratia tua, qua in inferno erant se latantur liberata: & qua supra mundam sunt gauent restaurata. hæc tunc Bonauentura.

Et quia Deus per eam nobis communicauit misericordiam suam Genes. 28. non solum figura-

Bonaue...
Psal. 41.
Eccl. 26.
Per B. Virg.
impinguant
fideles.
Ierem. 31.
Bonaue...
Eccl. 26.
Anselm...
S. Anton...
Offic. Epi...
Ioh. Do...
Offic. Epi...
Virgo que...
tenus mi...
seruatiã...
figura-



Dei officio
Genes. 28
Fons de
Paradyso
 irrigans
 terram
 propitiaria
Genes. 28
 uniuersa
 terra.
Exod. 25
 Ephrem.
 And. Cre.
 Method.
Eccl. 24

figuratur per scalam Iacob, & Portam Coeli, sed etiam ut cap 5, dixi Genes. 2. per FONTEM, qui de Paradiso egrediebatur, & uniuersam terram irrigabat, & per PROPITIARIUM uniuersa terra. Exod. 25. sic enim eam vocat Ephrem orat. de laud. Virg. Andreas Cretenfis orat. 2. de dorm. Methodius orat. in hypapate: Tu, inquit, propitiarium, per quod Deus humanam naturam in datus mortalibus innotuit. Virgini etiam accommodatur nomen Aqueductus celestium gratiarum, ut supra ex Bernardo ostendimus, cuius fons est Christus, à quo per Aqueductum deriuantur uulsi. ideo Eccl. 24. Ego quasi flumini Diorix (id est fossa) & si cut Aqua ductus exiit de Paradiso, dixi, Rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo praei mei fructum: & si enim ad omnes Virginitas misericordia se extendat: peculiariter tamen ad eos, qui erga ipsam deuotionem habent, quos vocat hortum & pratum suum.

Theophilo
chirogra-
phum à B.
Virgine re-
stitutum.
 17 Possit multis exemplis confirmari misericordiam Dei per Virginem hominibus conferri, quae cap. 20. afferemus, quale est illud Theophili, qui scripto chirographo demoni se tradiderat, & per Virginem misericordiam consecutus à daemone chirographum recepit. Et illud de SS. Dominico, & Francisco quos ad conversionem peccatorum Christo contra mundum irato obtulit; & alia, quae ad eum locum referuamus. In praesentia unum, aut alterum huius rei exemplum proferam, ut deinde nonnullas recentiam reuelationes, quibus Deipara pro mundi necessitatibus diuinam misericordiam interpellare crebro uisa est.

S. Britta
Exemplum
cuysdam
conuersi
propter
Virginem
duplicis
scala rub.
& alba.

In reuel. S. Brigittae lib. 6. cap. 97. narratur de quodam uirgo illustri, qui grauius aegrotans sacerdoti confiteri nolebat, pro cuius animae salute S. Brigitta preces ad Christum fundebat, & ad aegrotum Christi iussa semel, atque iterum suum confessorium qui eum ad confessionem inuitaret, misit; sed frustra: tertio tandem rediit, & Christi nomine ad penitentiam hortatus, quod Christi paratus esset ei ignoscere; tunc aegrotus cum insolitis lacrymis diuinus sibi concessis dicebat, se iam sexagenarium multis secleribus irretitum diabo lo, qui saepe ei locutus erat, homagium fecisse & nunquam sua peccata sacerdoti confessum, nec sanctissimam Eucharistiam sumpsisse, & id de salute desperasse, sed in spem ueniae ex dictis Sacerdotis uerbis, & interiore intentione

Christi adductus, quater eo die confessus, & sequenti die post confessionem communicauit, & sexto die obiit, de quo Christus S. Brigittae dixit, eum ad purgatorium iuisse propter contritionem, quam illi ex sua benignitate dederat: Et propter meritum, inquit, Matris meae nam licet homo iste non dilexit eam corde tamen quia consuetudo sua fuit compati eius dolori quoties eam considerabat, & audiebat nominare, ideo compendium salutis suae inuenit, & saluatus erit, haec in illa reuelatione. Ex quo collige, uel tenue erga Virginem obsequium quantum boni praestet hominibus.

18 In Chronicis Minorum P. 1. lib. 2. cap. 37 In Chron. Min. uisio F. Leonis
 S. Francisci in somnis uidisse homines ad iudicium Angelis tibus personantibus in quodam magno prato congregari, in quo duae scalee erant à terra ad caelum protensae, una rubra, in cuius summitate uidebatur Christus quasi offensus, & iratus, altera ex alia parte alba, in qua aderat Deipara. Sanctus uero Franciscus suos fratres magna uoce, ut ad Christum fidenter ascenderent, inuitabat, inter ascendendum autem unus est tertio, alius est quarto, alius est decimo gradu, alius est media scala, alius ex summitate cadebant. Cumque S. Franciscus Christum Regem pro suis fratribus interpellaret, Christus illi ostendebat manus, & latus recenti sanguine perfusa, quae ab aliis fratribus sibi facta querebatur, qua suorum uina per motus S. Francisci, fratres ad scalam albam euocauit, in cuius summitate Virgo Deipara apparuit, quae eos benignè excipiebat, ita ut sine labore in Regnum ingrederentur. In scala porro rubra iustitiae diuinae rigor; in scala autem alba misericordiam, quam per Virginem consequimur, significabantur.

Neque solum per Deiparam misericordiae matrem in eos, qui hanc lacrymarum uallem incolunt, Dei misericordia uerissime effunditur, uerum in animas etiam illas quae in igne purgatorio cruciantur, eadem Deipara pro eis orante abunde promanat. Sancti enim cum Christo regnantes suis precibus animas in purgatorii tormentis degentes iuuant, quem admodum ex Augustino libro de cura pro mortuis agenda c. 4. & ex Gregorio lib. 4. Dialog. c. 50. docent Theologi, in dist. 45. & praesertim D. Thomas ubi quaest. 2. articulo 3. de quo Suarez tomo 4. in 3. parte disputatione 48. sectione 5. & egregie Bellarminus libro 2. d.

Deipara
aliqui
ait animae
in igne pur-
gatorio. La-
borantes
precibus
iuuant.
August.
Gregorius
S. Thomae
Suarez.
Bellarmino
 d.

de purgatorio cap. 5. cuius verba hæc sunt :
*Nec ulli dubium esse debet, quin Sanctorum ani-
 ma cum Christo regnantes orant pro Sanctorum
 animabus in purgatorio laborantibus, cuius con-
 trarium temere asseruit Dominicus à Soto lib. 4.
 sentent. distin. 45. q. 8. artic. 2. hæc Bellarminus.*

Sotus

Suarez.

Quamvis Suarez Sotum ad bonum sensum
 trahere conetur: verum non est nostri instituti
 hæc viterius proficere. Si igitur Sancti, ex Pa-
 trum, & Theologorum sententia, pro anima-
 bus illis orant; quanto efficaciores erunt pro
 illis precibus Deiparæ? cuius rei firmum te-
 stimonium ducitur ex Ecclesia, quæ in sole-
 ni quadam prece, quam in Missa & officio pro
 defunctis usurpat, Deiparæ, aliorumque San-
 ctorum intercessione pro defunctis suppliciter
 efflagitat illis verbis: *Deus veni largitor, & hu-
 mana salutis amator, quasumus clementiam tuam,
 ut nostra congregationis fratres, propinquos, &
 benefactores, qui ex hoc seculo transferunt, beata
 Maria semper Virgine intercedente cum omnibus
 Sanctis tuis ad perpetua beatitudinis consortium
 pervenire concedas, Per Dominum nostrum,
 &c.*

Missa
 R. m. n.
 Offic. Eccl.

19 Ad hæc complures Deiparæ imagines,
 in templis præsertim Patrum Carmelitarum,
 visuntur in quibus animæ in purgatorii flam-
 mis depictæ, per eiusdem Deiparæ precibus ab
 illo igne, Angelorum ministerio eripi conspi-
 ciuntur; id quod nobis ob oculos ponit, quæ
 spiritualiter in illis animabus peraguntur.
 Huc etiam spectat id, quod ex aliquorum sen-
 tentia c. 12. diximus, purgatorium in die Assump-
 tionis Deiparæ singulari Dei privilegio eua-
 cuatum esse. S. Brigitta lib. 6. reuel. c. 39. refert
 animam cuiusdam militis, qui in festivitatem
 Deiparæ vigilijs ad eiusdem honorem jejuna-
 bat, horas, seu officium B. V. recitabat, & ore
 proprio in eiusdem Virginis honorem canebat
 à tribus acerbissimis poenis, quibus in pur-
 gatorio addicta erat, Deiparæ intercessione re-
 leuata fuisse, Christo Domino id matri con-
 cedente, illis verbis: *Bene dicta sis tu Mater cha-
 rissima, tibi nihil negari potest, fiat voluntas tua,
 ut petisti sic fiat.* hæc ibi.

S. Brigitta
 Militis a-
 nima B.
 Virg. pa-
 trocinio à
 purgatorii
 flammis
 eripitur.

Purgatorii
 flammis
 animas
 plurimas
 extrahit
 Deipara
 Dionysii
 Carthus.

Nec silentio inuoluendum est exemplum
 quoddam Dionysii Carthusiani in serm. 2. de
 Assumptione, in quo Deiparæ benignitas erga
 defunctorum animas in purgatorio cruciatas
 perspicue cernitur. Duo, inquit, socij erant
 se invicem diligentes, quorum vnus circa
 festum omnium Sanctorum defunctus est;

Alius verò continuus fletibus se se affligens ni-
 hil pro defuncto oravit: cui post festum Nati-
 uitatis Christi defunctus apparuit dicens nihil
 mihi profecisti solum plorando, & quasi im-
 probans ei fletum: Ecce, inquit, beatissima
 Virgo Maria singulis annis in festo Natiuitatis
 Christi ad purgatorii loca cum multitudine
 Angelorum descendit, & multas inde animas
 eripit, quoniam in nocte solemnitate illius
 Christum Regem gloriæ peperit. Cumque in
 proxima Natiuitatis Christi solemnitate de-
 scenderet, & multas eriperet animas, sperabam
 quod precibus tuis iuisset me etiam eductura,
 sed non fecit. Verum quoniam proxima nocte
 Dominicæ resurrectionis ioclet descendere ad
 purgatorium pro educatione animarum, eo
 quod Christus nocte illa Sanctos de limbo e-
 duxit, rogo ne cesses pro me cum lachrymis
 exorare, ut me illa nocte dignetur eripere: & in
 hoc scies te exaudiri, si tibi ultra non appa-
 ruero: & quia defunctus ille ad viuentem non
 rediit, creditur per Virginem gloriosam nocte
 illa ereptus. Ex hoc quoque exemplo docentur
 fideles pro amicis suis defunctis magis orare,
 quam flere, nisi pro illorum liberatione flectant
 orando. hæc Carthusianus.

DEIPARA IN PUBLICIS ORBIS
 calamitatibus Des misericordiam im-
 plorare non cessat.

Quo verò Deipara sanctissima non in pri-
 uatis tantum hominum necessitatibus
 diuinam misericordiam ad eos deriuat, verum
 in publicis etiam, & communibus, quæ à præ-
 potenti Deo propter hominum scelera impê-
 dent, calamitatibus suæ in nos maternæ pieta-
 tis viscera exhibeat, Deiq; flagella iuste inflig-
 enda efficacissimis precibus, vel omnino a-
 uertat, vel saltem mitiget, testatur ipse Christus.
 Dominus apud S. Brigittam l. 6. reuel. c. 26. vbi
 conuictus fideles nimis longè ab eo recessis-
 se, subiicit: *Quod nisi preces matris meae interue-
 nirent, non esset spes misericordiae.* ita ibi Huius
 quoque rei fidem nobis abundè faciunt complures,
 quæ apud probatissimos auctores di-
 uersis ætatibus referuntur visiones, & præter-
 missis duabus illis ei usdem argumenti reuelationibus altera S. Dominico, altera verò cui-
 dam religioso factis, quas c. 20. asseremus. Nos
 huic capiti aliquot alias eiusmodi visiones in-
 feret eoperæ pretium existimamus.

Quo